UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia Sacra Et Hvmana Libri XVI

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

59. Inuidia: Ex D. Basilio. Descriptiones aliquot præcipuorum Animalium: ex laudatis auctoribus: ad quarum exempla cæteræ in eodem genere conformari possint:

urn:nbn:de:hbz:466:1-70090

Visual Library

l. 3. ἧς τὸ εὐχάριστον ἀθανατίζεται, καὶ ἀνάγραπτον στηλιτεύεται παρὰ τῷ θεῷ. Cuius gratus animus immortali memoria celebratur, & velut ſcriptis in columna literis, manet apud Deum.

Quod reſpexit Auſonius, eum dixit in actione gratiarum, apud Gratianum Imperatorem Has ego litteras tuas, ſi in omnibus pilis, atque porticibus, vnde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandauero, nonne tot ſtatuis honorabor, quot fuerint paginæ libellorum?

Μυρίας μὲν ἔχεις. *Hæ furiarum.* ἀνασκευή, *quibus*

Anguinea redimita caterua:
Frons expirantes præportat pectoris iras.
Catullus.

Μυρίας δὲ χεῖρας ὄνυξι κομώσας. *Præclare iſtæ rapacitatem beluæ exprimunt, cui fœdiſſima ventris ingluuies, vncæque manus.*

Οὐδ᾽ αἰδουμένους τινά. *Proſper l. 2. de vita contemplatiua.* Vaſtat in nobis quicquid verecundiæ, & pudoris inuenerit.

Ἀκοὰς δὲ τοσοῦτον πεπραγμένας. *Nihil omnino audit auarus, dum ab eo aliquid petitur, aut ſi audit, hanc vnam vocem reſpondet, vt ait D. Baſilius:* οὐκ ἔχω, οὐ δώσω.

Ἀνάπαυσιν οὐκ εἰδώς. *Cyprianus nobili epiſtola: Suſpirat ille in conuiuio, bibat licet gemma: & cum epulis marcidum corpus torus mollior alto ſinu condiderit, vigilat in pluma.*

Παντὸς τυράννου πικρότερον. *Rectè ferreum eius imperium Proſper nominat.* O facinus inauditum! Suaui Chriſti iugo contempto ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione ſuſcipimus.

RABIES, ET PHRENESIS.

Ex Philoſtr. in Hercule furente.

Deſcriptio LVIII.

Τὰ δὲ ἀλγήσεις μὲν αὐτὸς οὐδεμία, ἀναρρίπτει δὲ τοὺς προσιόντας, καὶ συμπατεῖ, πολὺ μὲν τοῦ ἀφροῦ διαπτύων, μειδιῶν δὲ βλοσυρόν, καὶ ξένον, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτενίζων ἐς αὐτὰ ἃ δρᾷ. τὴν δὲ τοῦ βλέμματος εὔνοιαν ἀπάγων, ὡς ἀδξηπάτηται. βρυχᾶται δὲ καὶ ἡ φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν ἐμπίπλαται, καὶ ἀνοιδοῦσιν αἱ περὶ αὐτὸν φλέβες, δι᾽ ὧν ἐς τὰ καίρια τῆς κεφαλῆς ἀναρρεῖ πᾶσα χορηγία τῆς νόσου.

Ipſe verò eorum nihil omnino ſentit, ſed aſdeuntes reijcit, ac proculcat, multam quidem expuens ſpumam: truci atque inſolenti riſu cachinnans, defixiſque in ea, quæ facit, reſpiciens oculis: tum ſeuerus aſpectu, quaſi deluſis ſenſibus: guttur interius fremit, ceruix inflatur, intumeſcunt venæ, per quas ad capitis vitalia tota morbi vis influit.

INVIDIA.

Ex D. Baſilio.

Deſcriptio LIX.

Ὄφεώς ἐστι δίδαγμα, δαιμόνων εὕρημα, ἐχθροῦ ἐπισπορά, ἀρραβὼν κολάσεως, ἐμπόδιον εὐσεβείας, ὁδὸς ἐπὶ γέενναν, στέρησις βασιλείας, δῆλοι δὲ πῶς καὶ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τυγχάνουσιν οἱ φθονοῦντες, ὄμμα τούτοις ξηρὸν καὶ ἀλαμπές, παρειὰ κατηφής, ὀφρῦς συμπεπλωκῦα,

Serpentis eſt documentum inuidia, diaboli inuentum, inimici ſatio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni priuatio; nam & ipſo fatentur ore hoc vitium inuidi, aſpectus illis eſt aridus, & obſcurus, gena ſubtriſtis, ſupercilium demiſſum.